

Breslau d. 6 Mai. 1865.

Vir clarissime!

Benevolentia Tua erga me probata fretus, Te rogo, ut epistolam, quam a me accipis, ad virum clarissimum Trevisan mittas. Hic enim mense Decembri 1864 mihi comiter scripserat, se mense Januario ad me Equiseta sua missurum esse. Ego statim respondi et gratias egeram, sed timeo, ut literas meas Trevisan acceperit; nam Equiseta adhuc frustra exspectavi. Hoc mihi propterea injucundum est, quod Equisetum massuricum Trevisan unicum est, quod non vidi. Itaque ultimum experientiam suscipiam, num mihi contingat, ut plerumque illa mihi mittatur. Literis ad Trevisan missis inscripseram haec: Conte V. de Trevisan
Chambellan de S. M. l'Empereur d'Autriche

Vienza

Marostica per Masov.

Veniam mihi des, collega clarissime, quod Tibi molestum sum; sed intelligis, quod Te rogo, non mihi sed scientiae nostrae amabili praebitum esse.

Vale!

Dr. F. Wilde.